



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Puerum Lauretanum & alios. 232. 233. 234

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

231 Dum hæc interim Romę geruntur, reliquam Italiam paribus miraculis IGNATIVS complevit. In agro Lauretano sexenniũ puerũ medici in morbo deposuerant: cui de amiculo IGNATI centones iniecti, precesque ei susceptæ medicam artem vicerunt. Quippe cœpit ocyus valescere puer: planeque à funere, quod timebatur, reuixit.

232 Iterum febris in mulierem, & cum feбри vehemens dolor in stomachũ incubuere. Quare gemin morbo festinare docta, ad IGNATIVM accurrit, eumque studet medicum exorare. Ille nõ difficilis, & febrim coëgit cedere; & stomachi iniurias tacere.

233 Sed & iuuenis sanguine per nares immodicè profuso, nec nostris artibus sistendo, periclitabatur. Tactis IGNATI nouissimè Lipsanis, stetit cõtumax sanguis.

M

234 Mu-

234 Mulier item cum vomitam
intimis in mamillis aleret, infa-
nis doloribus miserè carpebatur.
Tetigère sacri hi pulveres ægrâ,
& rupto apostemate morbus elã-
guit, integritasq; in locū successit.

235 Ibidem vir nobilis Hora-
tius Leopardus, per eiusdem anni
Octobrem, dysuria & calculi cru-
ciatu enecabatur, vt ijs iam malis
nihil remedij videretur superare.
In tali statu Magnam Virginem
sollicitat, vti ob IGNATII merita
desperato opituletur; simul ipsum
IGNATIVM, vt sibi patrocineretur,
implorat. Nō intercessit diei mo-
mentum, &, ecce tibi, dolor vn-
dique remittere: & aquam Ho-
ratus petere, & arenæ glaream
fundere, lapidumque fragmina
incepit moliri. Quibus omnibus
egestis facilè deinde ex morbo
conualuit.

236 Eodem & tempore & loco

Lucan-